

J. H. 18.84

Ya
3252

00

J. J.

Ad

Orationes Scholaſticas

de

Origine & Fundatione

ÆDIS & SCHOLÆ ANNÆANÆ

in

Iuburbio Dresdensi

craſtinâ Deō dante luce, hora ſecunda

pomeridiana

Benevolentissime audiendas in dicta Scholâ
Annæana

Omnium Ordinum Literatos

reverenter, officiosè, amicè


invitat

Abrahamus Hanzschius

Rector Annæanus.

PALÆO-DRESDÆ, Literis Joh. Henr. Schwenckii.





C. I. N. D. N. J. C.

Non dubito, fore plerosq; qui insubide vocis *Schola* originem apprehendentes, Scholas ipsas quin mem; costum Scholasticum convitiis probrofisi infestari atq; in pullatis circulis proscindere non erubescunt, qvsi dominiq; qtoforum, ignavorum, sedentiarum, qvi deambulationibus, nugis & ludis tempus inaniter conterantq; comburant, strenue tantum properea declamitantes, ne vitam silentio, veluti pecora transsegit censemantur. Ex qd etiam illud, tanq; varam varam vibia sequitur, ut beneficia apud Scholasticos collocantes peiores nunquam fecisse sumpitus illis videantur. Verum, et si nemo non facillime dabit, vocem hanc Græcos suos natales aut penates negare non posse, nisi forte quis cum B. Gesnero Disputat, XIV. pro libr. Concord. thes. 25. χοληναβ nominatam putaret, omnes enim non nesciunt, χολην Græcis esse otium, feriationem & à negotiis vacationem, qvod vel ex ipso patet Aristotele, qvum lib. VII. Politic. cap. 14. totam vitam divisam esse scribit εἰς ἀρχαὶ τελεῖς χολην, εἰς πόλεμου καὶ εἰς εἰρήνην in negotiis & otium, in bellum & pacem, item cap. 15. Εἰρήνη τέλος μὲν πόλεμος, χολην δὲ ἀχολην pax est finis belli, otium negotii. Unde & iidem Graci dicunt χολην ἔχειν, & ἐν ἔχειν χολην, qvod Germani *Weile haben*/it. gare gure *Weile haben*. Latini vero eam per Moram interpretantur, & de illis usurpare solent, qui lente aliqvid agunt. Quare accidit, ut lucubrationes in otio aut per otium compositas vocaverint *Scholas* sive *Scholia*, qvomodo Plutarchus, gravis autor, Nicandro ήν γενεύην χολην, hoc est, scriptum aliquod sibi sub manu seu per otium natum se misse dicit. Sic Petrus Ramus alioq; libros suos de liberalibus artibus *Scholas* nominavere, imo & Romanæ illæ eloquentia Princeps Cicero lib. I. Tuscul. Qvest. pro disputationibus & controversiis, qvæ in *Scholis* inter Doctorem & discipulos otiose agitari solent, *Scholas* posuit: *Hanc perfectam*, inquit, inveniens, *Philosophiam semper iudicavi*, qvæ de maximis questionibus copiose posset ornare, dicere, in quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, ut jam etiam *Scholas* Græcorum more habere audieremus. Consulturus Vitruvium Architectum illum literatum lib. V. cap. 10. in balneis qvondam loco cuidam hoc nomen attributum reperiet, in qd nempe lavaturi otiose praestolabant & stabant, eos, qui locum prius occupaverant, spestantes. Hieronymus Mercurialis lib. I. de arte Gymnastica cap. 10. censet, *Scholam* hanc porticum fuisse circa labrum, qvæ furentia etiam Gerh. Joanni Vossio in Etymolog. Lat. Ling. sub voce *Schola* placet. Verisimile etiam videtur *Scholas*, qvæ in Octavia erant porticibus, ab hujusmodi otio esse vocatas teste Plinio lib. XXXV. cap. 10. Nec sane adeo ignotum est derivatum χολαστον significare eum, qui otiani amat, & otio deditus est, unde Aristoteles lib. V. Politic. cap. II. modos qvosdam sive arcana Tyrannici regimini conservandi tradens inter alias scribit: Μήτε χολας, μήτε συλλογας ἐπίθεται γινεσθαι χολασικες, neg; Scholarius, neg; alliorum conventuum doctorum curam facere otio indulgentes. Apud Plinium Juniorem menti- onem

onem Scholaſtice legi fieri legimus lib. II. epift. 20. ad Calviſum: *Sufficient, ait, due fabule.* An Scholaſtice lege tertiam poscis? Ubi Scholaſtice lex accipitur pro more otioſorum, qvibus non una alterave fabella ſufficit, ſed plures ſunt narrandae ad fallendum tempus. Idem etiam Plinius lib. IX. epift. 2. literas, qvales ab otioſis ſcribi ſolent, Scholaſticas atq; umbratiles nominat, & lib. IX. epift. 53. Scholaſticum ingenium pro otioſo dixit. Similiter Plutarchus Σχολαſτικά μελέταις dixisse videtur tales, qvales ſunt Ἰόν Σχολαſτικόν, vel de audiendo Ἰάς Ἰόν παιδίον καὶ πανηγυρίον ἐν Ἰάς Σχολαſticas μελέτas Φωνάς ἐπὶ Ἰός Φιλοſόφus μετανοίεσθε, niſi malis interpretari tales, qvales ſunt eorum, qui literis incumbunt ſub Praeceptoribus, i. e. qui ſunt φιλάſta. Vid. H. Stephani Tom. III. Lexici colum. 1212. item, qva notavit Rittershuiſus in Salvianum ſtatim à principio pag. 3. ſqq. nec non Anton. Posleſin. Biblioth. ſelect. lib. III. c. 1. Qvamvis ergo, inq̄vami, nonnulli ex vocis hujus etymo & derivatione Scholas dente maledico carpentes inveniantur, melius tamen & recte ſentientium judicium omniumq; explorata experientia hiſce intempeltris Momis jamdudum contrarium demonſtravit. Et loca illa, in qvibus ad artes liberales, ad diſciplinas honestas, ad mores probos, ad ipsam deniq; pietatem & puerorum & adolescentium animi erudiuntur, informantur, expoliuntur nomen Scholæ inde inveniſſe veritati non abſimile videtur, qvia de laſſatis Muſis & feriæ qvādam antiqvitus ſunt inſtituitæ. Roma namq; Mefſis & Vindemiārum tempore ferias dataſ fulle non Foro tantum, ſed & Scholis doceſ Augustinus Confess. lib. IX. cap. 2. Et opportune jam paucifimi dies ſupererant, ad vindemias ferias. Unde etiam consularis Poëta Aufonius:

Grajo Schola nomine dicta eſt.

Justa laboriferis tribuantur ut otia Muſis.

Vide qvoq; Minucium Felicem in Octavio. Cæterum tamen hic labor & sudor ma-
ximus reqviritur, nec ulli neq; docentibus neq; diſcenſibus otiū aliquod ignavum
conceditur, qvod Lyricus ille Poëta Horatius lib. de arte poetica v. 412, ſeq. experi-
entia qvā doctus docuit:

Qui ſtudet optat am cursu contingere metam.

Multa tulit fecitq; puer, ſudavit & alſit.

Nam ut omittam qvōdam ex veteribus Grammaticis olim Scholam u[er]o [ad] P[ro]g[ressu]m ab otio dictam maluſſe, qvod minimè in illis fit otiandum, ab otio illō honeſto & literario Scholam rectius derivant illi, qvibus emuncta nares, docentes, literis & humanioribus incumbentib[us] ſtudiis coeterarum rerum vacuos atq; ab omni negotio domestiſco & opere liberos atq; immunes eſſe oportere. Hinc Sulmonensis ille Poëta lib. I. Trist. Eleg. 1. v. 41.

Carmina ſeceffum ſcribentis & otia qvārunt.

Cum qvōd conſentit antiquissimus Grammaticus Fetus Pompejus: Schole dicta ſunt non ab otio & vacatio[n]e omni, ſed qvod ceteris rebus omiſſis, vacare liberaibus ſtudiis pueri debent. Qvibus rebus permoti Juris Consulti aliiq; mediæ etatis au-
tores Scholas etiam nuncupavere corpora, ſive ordines, ſeu conſortia hominum, qui in aula militabant, ſub magiſtri officiorum imperio poſiti, cuius modi Scholarum ma-
gnus numerus in Codice recentetur, qui profecto non numerus fuere in otio tan-
tum fruges conſumere natuſ, ſed qvibus omnibus & ſingulis penſum aliquod certum
demandatum, ut illud fideleri exigerent, à coeteris autem rebus vacui eſſent. Adde
qvod ipſi Advocati, qui ſane in cauſis agendis eſſe debent occupatiſſimi, in Codice
Theodosiano, Conciliis Sardicensi & Charthaginensi Scholaſtici vocantur. Ergo etiam
Siracides Praeclariffimus Moralium Doctor verum otiū Scholaſticum defcripturus
perſpicie doceſ, qvod operibus & operiſ manuariis ac mechaniciſ, cuiuſmodi ſunt
agricolarum, arculariorum, ſtatuariorum, fabrorum ferrariorū, ſigilorum, alio-
rumq; id genus opificum & artificum non ſi obrueundis is, cui ſapientia eſt addi-
ſcenda. Wer die Schriftſt lernen ſoll/ der kan keiner andern Arbeſt warten/
und wen man lehren ſoll/ der muß ſonſ nichts zu thun haben. Qvod ſu-
pererit, juventus à Parentibus, Patronis, Tutoribus, Consangvineis aut Cognatiſ non
ea

FK Ya 3252

X3047738 VDA8

ea gratia ad Scholas mittitur, ut turpi otio, helluationibus, deambulationibus interpellivis, itationibus ad otiosas & odiosas Thaidas, lusibus, aliisque sine honestis si-
ve futilibus actionibus & nugis vitam inibi degere, adeoq; aut nihil, aut male, aut
aliud agendo bonas horas perdere, & magno sudore comparata pecuniam insume-
re, sed potius, ut studio indefessu animi negotia tractare, Scholastica subsellia calefa-
cere, artes & lingvas necessarias alacriter & justo ordine percipere & addiscere, in
eod; tota esse debeat, ne cruda studia aut in forum aut in cathedralm propellat. Qua-
tuor e' nostris hoc cum perfertissimis discipuli, in annum sibi induxerunt, ut
Inspectoribus atq; Benefactoribus suis Gravissimis indolis & diligentiae sua specimen
aliquod darent publicum, & de *Sedis & Schole Anneanæ* fundatione quid differere se-
cum statuerunt. Primus itaq; *Christianus Gottlob Schäffer* Dresd. de Tempis
eorumq; fundationibus; ut secundus *Johannes Paulus Krenig* Dresd. de Scholis &
earum ædificationibus in genere qvisq; pro suo filo ac modulo oratiunculam habe-
bit; Tertius autem *Johannes Christophorus Benjamin Schubarth* Dresd. ipsam fun-
dationem Ædis & Schole Anneanæ historice delineabit, & quoniam hac in Schola
nostra ab incububilis ferme Praeclarissimis quondam hic Praceptoribus ad invasio-
nem usq; Svecicam usus, postea Freyewaldaviæ, ubi ad pedes Praceptorum pera-
que Praefantissimorum ultra annum sedidit, in patria redux iterum in Scholam rece-
pus, atq; ut antea, ita etiam ex ea die ad hæc usq; tempora multorum beneficio-
rum particeps est factus, nunc verò ad auram Academicam adspiraturus Benefacto-
ribus suis ornibus & singulis pro beneficiis sibi haec tenus exhibitis decentes aget gra-
tias & valedicer. Cui postrem Quartus *Johannes Georgius Blasius Plaviæ-Misti*,
de abuso templorum & Scholarum quibusdam prætatis Propempticum Carmine
Heroico dicet. Nos verò Schubarthum jam bona cum venia ex disciplina nostra
dimitimus, omnibusq; Bonis, Literatis & Literatorum Patronis de meliori commen-
dantis, obnoxie rogantes, ut velint sibi hunc quam maxime esse commendatum:
quantum enim ex ipsis haec tenus apud nos acta vita conjicere potimus, animo est
probo & in Benefactores grato. Trium autem reliquorum studium, nemo sane
erit, qvin ulterius excitandum putaverit atq; promovendum, utinam eorum inopie
quis succurrere velit! Devotè tandem, submissi, officiose atq; amice rogamus & in-
vitanus Literatos omnium Ordinum Prä-Nobilissimos, Magnificos, Amplissimos,
Excellentissimos, Plurimum-Reverendos & Prä-Clarissimos, Patronos atq; Mæcenates
Gravissimos, ut Schole nostra Anneanæ Auditorium intrare ne dedignentur, audituri
& censituri, utrum nostri hi discipuli intemperanter & otio & literis abusi fuerint,
nec ne? Nobilitabunt hæc ratione Scholam nostram Anneanam, animabunt Praece-
ptores, excitabunt discipulos, currentes qvidem, ut pergam, cessantes verò, ut incipi-
ant. Imitabuntur hæc in parte Carolum verè *Magnum*, cui Romanum Imperium
aqlivas suas non denegavit, qui referente Thomà Lanfio Lutetia Parisiorum examini-
bus Studiosorum se pessime interfuit; Imitabuntur Carolum IV. Imperatorem, qvi
prolixas Professorum atq; Magistrorum disputationes Augustalibus epulis & dapibus
delicatiores, svaviores & utiliores aestimavit, ut testatur de eo Camerarius,

Stabat apud memores tanti bene gratia facti.

Valete & literas & qui ea amant, fovente, amate, promovete. Dabam è Museo meo
d. VII, Calend. May, Anno MD CCIX.



Y a
3252

J. H. 1834

J. J.
Ad
Orationes Scholaſticas
de
Origine & Fundatione
ÆDIS & SCHOLÆ ANNÆANÆ

in
Suburbio Dresdensi
cœptinâ Deo dante luce, hora secunda
pomeridiana

Benevolentissime audiendas in dicta Scholâ
Annæana

Omnium Ordinum Literatos
reverenter, officiosè, amicè
invitat

Abrahamus Hanzschius
Rector Annæanus.

PALÆO-DRESDAE, Literis Joh. Henr. Schwenckii.

